



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

Quid sit via illuminatiua.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

tali pinguedine mentaliter dilateris, omnipotens
domino ac munificentissimo salvatori quo-
tidie magis gratus efficiaris; nec tepidorum fran-
garis exemplis: sed sacris semper occupationibus,
quatum tibi possibile est, sis intentus: in cibo, po-
tu, vestitu, somno, colloquio moderatus: ubi factis omnibus exemplarum.

Quid sit via illuminatiua.

Art. VIII.

CCEdite ad eum & illuminamini. Psalm. 33

Quum sola iniq[ue]tates inter deum, & Esai. 59

rationalem diuidant creaturam, & Hieremi. 5

charismata sp[iritu]s sancti suspendant

ab ea: idcirco anima a vitis emun-

data, a passionum immoderatis re-

formata, a peccatorum reliquijs (qua sunt proni-

tas & grandis inclinatio ad peccandum) defec-

cata: ipsa mox capax est illustrationis supernae,

apta est radium sapientiae salutaris suscipere, ful-

gore contemplationis perfundi, ad aeternorum ac

diuinorum speculamina eleuari. Itaque cum iu-

xta formam praescriptam se exercitauerit homo

in via purgatiua: uiam illuminatiua protinus

ingredi deber, & exerceri ac profici sci in ea. Por-

ro uia illuminatiua est studiu seu occupatio me-

ritis circa contemplanda sublimia dei, praesertim in

contemplatione superbeatissimae trinitatis, ac sim-

plicissimae & superpulcherrimae deitatis. Dein-

de in speculatione bonorum celestium & super-

naturalium ueritatis fidei Christianae ac spiritu-

alium rerum. Quum etenim in clara & immedi-

atâ per speciem horum contemplatione tota co-

sistat nostra felicitas: profectus noster hic est, ut

contemplationi illi tâ beatificæ ac perfectæ nunc

V quo



D. D I Q N Y. C A R T H V.

quotidie propinquemus, proficiendo in fidei illu-

stratione, in dono sapientiae, in summa & incen-

tae veritatis ac diuinorum cognitione. Denique

Psalm. 23
Ibide. 144

quum deus (cuius opulentiae ac munificentie nullus est finis) sit essentialiter sapientia infinita et lux

supersplendidissima prorsus incircumscripta: con-

videt animam modo praetacto purgata, humil-

tate, patientia, mansuetudine, castitate, iusticia,

ceterisque virtutibus moralibus informatam, ve-

ritatisque auidam & fonti sapientiae inhianam, ac

desuper illustrari affectatem: mox vultum suum

super eam illuminat, sapientia radio eam clarifi-

cat, seipsum ei praesolito clarius gratiosiusque ap-

dens, atque incerta et occulta sapientiae sua ei pro-

palans: ita ut ea que fidei sunt, rationesque credi-

torum, & nexus ac ordinem credibilium, subtiliter speculetur; ita ut latet abunda ac grata me-

Psalm. 15 te decantet: Benedic dominum qui tribuit mihi intellectum. Quod quod desiderabile sit ac praec-

rum, fatetur propheta, dicens: Beatus homo qui

Idem. 93 tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum.

1. Ioan. 2 Vnde & S. Iohannes apostolus in prima sua epistola scribit purgatis huiusmodi fidelibus. Vnde

ei docet vos de omnibus.

Qualiter in via illuminatiua exercitande

debeat homo.

Art. I X.

Iaco. 4



I quis vestrum indiget sapientiam, postulet a deo, qui dat omnibus affluenter: & dabitur ei. Postuler autem inde nihil hesitans. Doctrina philosophi est, quod actus actiuorum sunt in paciente dispositio: & item quod un-

qua

qua